Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

episcopo. Que ille audiens bene
dixit eum in domino eterne salutis.
Puer autem rogans supplica
uit auunculo suo dicens. En
alme pater ora pro tuo fili
olo qui quasi nouella arbusta
cito in fructum prosilipit quatenus
tuus orationibus sim tutus meque
dignum suum seruum constituat deus
hic celesti benedictione. Cumque
talia audisset episcopus lacrimabiliter
orauit dicens. Domine deus omnipotens
qui es incomprehensibilis
qui tuum plasma uocati
one sancta eligere dignatus
es: concede huic puero nyco
lao uitam honestam. conuersati
onem studiosam. operationem
placabilem. quatenus dignus effi
ciatur societatis sanctorum tuorum
per te qui es benedictus in secula
seculorum. amen. Indoles egregie nyco
lai utroque parente priuatus sua
largiri meditatur. ooooo
Interea cum idem puer utroque
parente orbatus esset sepius illud
euangelicum preceptum ante sue
mentis ducebat oculos:
nisi quis renuntiauerit omnibus que
possidet non potest meus esse dis
cipulus. Et cum anhelaret
ad proficiendum quod pio uertebat
in pectore iuuenilem formi
do cepit titillare mentem. ne
fauorabilis pelleret aura quod
quid pro christo facere disponeret.
Hec secum ad dominum non cunc
tum desiderium suum pandens
uelam. deprecabatur ut illeque
est omnium scientiam inspirare di
gnaretur ei quatenus de tantis
sibi relictis opibus sic ordi
naret. ut mutata huma
na laude. conspectui placeret
diuino. Secretam natalis statuit in vir
opus speciosam. Grande scelus compatrius
opibus uetuit nycolaus.
Talia eo cogitante acci
dit ut quidam conuicaneus
eius nimium locuples ad
tantam ueniret inopiam quod
nec etiam necessaria uite haberet.
Quid plura? Ingruente
inedia tres uirgines quas